



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. VIII. An & quomodo peccet ligatus excommunicatione minore,  
conferendo, vel administrando Sacra menta?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

quâ solâ privat excommunicatio minor;  
eligi vide ad beneficia Ecclesiastica non  
potest, cùm sit à participatione Sacra-  
mentorum impeditus; quarum tamen  
perceptione ratione beneficii sèpius ipsi ne-  
cessaria est; probabilis tamen est, quod  
talis electio non sit ipso jure nulla, sed  
irritanda per judicem Ecclesiasticum,  
et tamen scienter facta sit, ut habetur *ex  
cap. cit. finali.* Quod si tamen igno-  
rantiæ eligentiam, & electi intervenient-  
fer, probabilis est, quod irritanda ea  
non esset, cùm *cap. sèpius relatum irri-  
tandam tantum velit scienter factam;* &  
taliter impeditum non reddat absolute  
inhabitabilem; prout probabilius concedi-  
tur, quod ad beneficia simplicia Eccle-  
siastica, eligi possit, cùm ratio in Ca-  
pitulo allata pro eo, quod ad beneficia Ecclesiastica eligi non possit, non urgeat  
pro beneficiis simplicibus Ecclesiasti-  
cis.

§. VIII.

*An & quomodo peccet ligatus ex-  
communicatione minore, conferendo,  
vel administrando Sacra-  
menta?*

**P**eccare quidem (saltem venialiter) ta-  
lens administrando Sacra menta, valida  
tamen hæc esse, *in cap. hoc vlt. dicitur §.*  
peccat autem; quamvis enim admini-  
stratio aetiva Sacramentorum prohibita  
graviter tali minore excommunicatione  
ligato non sit, sed sola passiva Sacramen-  
torum perceptio, negari tamen non po-  
test, quod excommunicatio talis inde-  
centiam aliquam afferat in ordine etiam  
ad administranda aetivè Sacra menta, hinc  
venialis saltem culpa committitur, nisi  
administrando aetivè, passivè etiam ipse  
excommunicatus Sacra menta percipiat,  
prout sit ab eo, qui Missam legit.

TITVLVS XXVIII.

DE CLERICO NON ORDINATO MI-  
NISTRANTE.

**C**lericus, qui ministrat in ordine,  
quem non habet, excommunican-  
dus est, & fit irregularis, ut ne possit  
ad alios ordines sine dispensatione  
promoveri, ac ad certum tempus bien-  
nij, vel triennii, pro arbitrio Episcopi,  
ab ordinis etiam quem proxime suscepit,  
**e**xecutione, suspenditur, *cap. si quis &  
cap. ex literis 2, b. t. 6* verò laicus actus ra-  
les ordinum (majorum scilicet, de mi-

noribus enim excusat consuetudo) quos  
non habet, exerceat, ex probabili sen-  
tentia, nullam incurrit irregularitatem,  
cùm nulla in jure pro laico taliter min-  
istrante statuta sit. Plura autem requiri-  
untur, ut clericus etiam in ordine non suscep-  
to ministrans, irregularitatem incurrat.  
Primo scilicet, ut aetum proprium ordi-  
nis alius exerceat, qui ab alio, qui  
ordinem talis non habet, exerceat (scilicet  
iii ii 2      12)